(Opportunitas huius declarationis)

Di Rev/2

(Sacrosancta?) Synodus Vaticana secunda, memor verborum S. Petri exhortantis ut simus "parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est spe" (1 Petr. 3,15), "cum modestia et timore" sed et animata spe immensa, omnibus hominibus bonae voluntatis doctrinam catholicam de sacra Revelatione breviter proponere intendit. Iis enim qui nondum in Christo crediderunt, notum fieri vult fidem nostram non esse productum industriae humanae sive individualis sive collectivae sed fructum Revelationis divinae. Sine verbi Dei praedicatione omnino impossibilis et vane stultitia evadit doctrina christiana, de redemptione, de SSa Trinitate, de Incarnatione, de consortio divinae naturae (cf. 1 Petr. 1,4), neque ullus sensus inveniretur cultui christiano, dicente Paulo de ipso nomine Domini: "Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo autem praedicabunt nisi mittantur?" (Rom. 10,14-15). Christianis autem omnibus, in re tanti momenti, nullatenus inutile quaerentes ne levissime quidem quod non opponerit Dominus noster, sufficienti claritate perfectionem communionis nostrae [ex cognitione] Patris et quem misit Iesu Christi, simulque notionem genuinam hominis ejusque historiae salutis] effectum fore obedientiae omnimodae fidei qua adhaeretur Patri ejusque mysterio quod in Christo nobis illuxerit, secundum illud praeclarum Joannis: "Annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio eius Jesu Christo" (1 Jo. 1,2-3).

(Revelatio gradatim facta) Imprimis statuendum est, quod de Deo, qui solus habet immortalitatem et lucem inhabitat inaccessibilem, affirmandum est quod nullus hominum umquam eum vidit sed nec videre potest (1 Tim. 6,16). Ipsa creatio, quae non potest nisi manifestare Creatorem, omnibus hominibus, individualibus aut in natione aut coetu religioso congregatis, semper fervidius et potenter allecit quaerere Deum si forte attrectent eum aut inveniant" (Act. 17,27); cumque reapse universa condita sunt in Christo, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, ita omnia quae per ipsum et in ipso creata sunt et quae in ipso constant (Cf. Col. 1,15-17), non spernanda vestigia omnibus facta sunt Dei veri et viventis, neque comperimus quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, et operatur justitiam, acceptus est illi" (Act. 10,35). Quomodo autem nos benedixit Pater in omni benedictione spirituali, elegens nos in Christo ante mundi constitutionem, et praedestinavit in adoptionem filiorum per Iesum Christum (cf. Ef. 1,3-5), totum opus Redemptionis magnaque et mirabilia opera Domini (cf. Apoc. 15,3) non per aliam viam fidei nostrae offertur nisi per sacram Revelationem Antiqui et Novi Foederis. Testificante Scriptura, inde ab ipso Adae peccato, misericordia permotus Deus nobis providit Redemptorem (cf. Gen. 3). In Abraham autem populum sibi elegit, ut in semine ejus benedicerentur omnes generationes terrae (cf. Gen 12,3), et via Evangelio praeparaetur. Multifariam, multisque modis olim locutus in Prophetis, novissime vero locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem Universorum (Cf. Heb. 1,1-2). In Christo ergo et per Spiritum Christi, Apostolis promissum ut illos omnia doceret quaecumque ipse dixerat (cf. Jo. 14,26), Regnum Dei ad quandam plenitudinem pervenit (cf. Gal. 4,4; Ef 1,10) nos pervenit (Lk. 11,20) Oeconomia salutis et relatio hominis cum Deo in conditionibus essentialibus datum est ita ut generationes humanae, cum novis semper responsabilitatibus sed sine novitate quae implicant mutationem, renovationem aut supplantationem foederis, se succedent usquedum iterum venturus est Jesus Christus. Scimus enim quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est (1 Jo. 3,2).

(N. 5-6 Multo breviis dici debent, cum sint merae repetitiones [illegible] anteriorum [illegible] hic in proemio nullatenus necessaria sunt.) Semper nimis directe ex [illegible] provenit

Ipsi Revelationis divinae ministri facti sunt non caecae illusionis neque ex intentione aedificandi historiam mirabilium Dei imaginaverunt, sed evidentia factorum ducti et intus illuminati: "Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines" (

(2 Petr. 1, 21). Super omnia autem Dominus noster, qui semper palam locutus erat mundo, docens in synagoga et in templo, quo omnes Judaei conveniunt (cf. Jo. 18, 20), (qui fuit vir propheta, potens in opere, et sermone coram Deo, et omni populo (Lc. 24, 19), quique transiit benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo (Act. 10, 38), quemque injuste occisum Pater suscitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praeordinatis a Deo, apostolis, qui manducaverunt et biberunt cum illo postquam resurrexit a mortuis (cf. Act. 10, 39-41). Non ergo doctas fabulas secuti notam fecerunt nobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, et praesentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis (2 Petr. 1,16). ~~Quapropter~~

Hac de causa, Synodus Vaticana secunda, fideliter tradens quod et accepit, non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei (1 Tes. 2, 13), in exponendo doctrina de Revelatione, sibi conscia est exhortationem suam non esse de errore, neque de immunditia, neque in dolo: non enim loquimur quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra (1 Tes. 2, 3-4). *** sincere et confidenter ad auscultandum firmissimum sermonem Domini: "cui benefacitis attendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris" (2 Petr. 1, 19). *** Unusquisque ergo bonam doctrinam proponens fratribus, bonus erit minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei, necnon qui faciunt eam universi, in mundo exercebunt pietatem quae ad omnia utilis est, promissionem habentem vitae quae nunc est, et futurae (1 Tim. 4, 6-8). Sincere ergo et confidenter nostram facimus invitationem sermonem Revelationis sic recommendantem: "cui benefacitis (-etc)

(Caracter supernaturalis et proprietates fidei)

Hac fide in revelantem Deum, qua cognoscimus ~~Patrem et Filium~~ solum Deum verum, et quem misit Jesum Christum (Jo. 17, 3) transitur a morte in vitam (Jo. 5, 24). De hac enim veritate dedit testimonium Jesus quod liberabit nos (Jo. 8, 32). Si ergo oboeditio fidei (Rom. 16, 26) est actus eminentissimae libertatis ad quem nemo unquam cogi debet, nec potest, simul et gradu superiori est effectus gratiae, qua ipse Deus sensum aperiat, cor movet et convertit. Nemo enim potest venire ad Christum, nisi Pater traxerit eum (Jo. 6, 44). Qui autem jam comprehensi sunt per Christum Jesum et omnia detrimentum fecerunt propter eminentem scientiam Domini sui, non arbitrantur sese comprehendisse; quae quidem retro sunt obliviscentes, ad ea vero, quae sunt priora, extendentes seipsos, ad destinatum persequentes, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Jesu (cf. Fil. 3, 7-14). Ut enim caritas nostra magis abundet in scientia et in omnem sensum, Spiritus Paraclitus fidem jugiter per dona sua perficit, replens nos fructu justitiae per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei (Fil. 1, 9-11).

DiRev/2

C. I De Verbo Dei seu Revelatione

(nota: ¿revelata? ¿revelans?

7. Apostoli terminum dant Revelationi). Verbum Dei ~~seu~~ Revelatio ~~in Apostolis~~ faseam constitutivam concludit ~~fere~~ per Apostolos, ~~[illegible]~~ qui ipsi ~~electam~~ secundum mandatum, ~~[illegible]~~ acceperant ut Evangelium Christi tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omni creaturae ~~praedicarent~~ annuntiarent. Quod ~~quidem Apostoli fecerunt~~, illi autem profecti praedicaverunt ubique (Mc. 16, 20), vacabant orationi (cf. Act. 6, 4) liturgiam celebrabant necnon vitam communitatem regebant secundum normas caritatis et sanctitatis. Quae omnia contribuebant depositum, fideliter custodiendum (1 Tim 6, 20) et generationibus sequentibus tradendum verbo, opere et vitae communione. Procul dubio autem inter omnia dona nobis per Apostolos ~~transmissa~~ tradita eminet Sacra Scriptura, quam quidem ut Antiquum Testamentum a patribus acceperant aut, ad Novum testamentum quod attinet, partim ab ipsis, partim sub eorum auctoritate conscripta est. Proinde ~~[illegible] per excellentiam [illegible]~~ Scriptura per excellentiam est thesaurus ~~apostolicus~~ traditus, ~~gaudens privilegio inspirationis~~ jungens charismati apostolicae auctoritatis privilegium inspirationis. ~~Nihilominus [illegible]~~ Distinctio ergo inter S. Scripturam et sine scriptis Traditiones non tollit integritatem et unitatem Revelationis divinae, quae a Sp. S. per apostolos terminata constituta est et est norma normans non normata quae creditur ad ~~salutem~~ ~~[illegible]~~ justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (Rom. 10, 10).

κατηγορ.. fons.

S. Scr. dici potest pars aut forma et quidem privilegiata traditionis. Traditio autem in transmittendo Revelationem per decursum saeculorum nequaquam alterare aut addere potest quod non in S. Deposito continetur et in specie non plane S. Scripturae sit consentaneum. ... Sicut enim in canali ~~[illegible]~~ cum praedilectione attentio dirigitur ad considerandam navem quae speciali industria constructa est ad mercaderiam transferendam de loco originis, ~~haec~~ autem navigare non potest nisi in aqua et adhibitis instrumentis necessariis, ita christifideles amore permagno amplectuntur S. Scripturam, industria Sp. Sancti ad nutriendum et conservandum (   ) confectam, neque separabilem a Sacra et necessaria Traditione neque a vivo Magisterio ab ~~Christo~~ ipso Christo Domino instituto ~~et [illegible]~~ authentice et in casibus etiam infallibiliter